



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XI. V. debeat Sacerdos imperfectè dolente[m] absoluere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

Caput VI. De Ministro

Synod. 2. absoluit, ita enim scribunt: Si quis Presby-  
act. 1. Ve- ter eum, qui à peccato conuertitur, non rece-  
rùm cita- perit, sed reicit, deponitro; siquidem Chri-  
tur p Can. stum offendit, qui gaudiū in cœlo super pec-  
53. catorem resipiscentem oboriri dixit.

Luc. 15. Et B. Hieronymus reprehendit Episco-  
Hier. super pos, & Presbyteros, qui vel damnant, vel ab-  
Matt. c. 16. soluunt immeritos.

*Questio* *Debétne Sacerdos imperfectè do-*  
*XI.* *lentem absoluere?*

*Respōsio.* **S**I quis imperfectè doleat, & hęc doloris in-  
sufficiētiā confiteatur, Sacerdos nul-  
lo modo debet talem absoluere, patet mani-  
festè, quia in forma Absolutionis: Ego te ab-  
soluo ab omnibus peccatis tuis, fictionem  
committeret, pronuntians se peccata remit-  
tere, quibus tamen pœnitens adhuc manet  
obligatus.

Item, qui scit imperfectionem doloris sui,  
peccat peccato sacrilegij, petendo Absolu-  
tionem; Ergo multò magis Sacerdos absol-  
uens: Nā quòd aliquis obiicere possēt, omnes  
in Confessione dicere, se nō habere dolorem  
sufficiētem; Respondetur, quòd ita confi-  
tentur propter suspicionem, quam habent,  
vel etiam propter animi humilitatem. Si au-  
tem scirem me imperfectè dolere, nec debe-  
rem perere Absolutionem, nec Sacerdos de-  
beret absoluere. Confessio autem secundum  
S. Tho.

S. Thomam valida & nō iteranda est, quando non percipit pœnitens imperfectionem doloris & absoluitur.

*Potestne Sacerdos pœnitentem, cuius Confessionem non audiuit, Sacramentaliter absolvere?* *Quæstio XII.*

**C**ertissima fide credendum est, nullum pœnitentem extra casus infirmitatis supra positos, citra legitimam peccatorū Confessionem absolvendū esse. Sic enim in Concilio Tridentino definitum legitur: Si quis dixerit; non requiri Confessionem pœnitentis, vt Sacerdos eū absolvere possit; Anathema sit. *Respōsio.*

*Cō. Trid. Sess. 14. Can. 9.*

*Possuntne Sacerdotes omne peccatum remittere?* *Quæstio XIII.*

**C**HRIſTUS vnum tantū peccatum, quod in Spiritum sanctum dicitur, à remissionis exclusit remedio. Ioannes Apostolus prædilectus discipulus, qui in sinu eius recumbens, secreta coelestia didicit, & enarrauit nobis, peccatum ad mortem hoc vocat, & quoniam remissionem non habet, orari pro eo negat, dñi ait: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem; est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget *1. Ioan. 5.*

roget